



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Novissima Polyantha, In Libros XX. Dispertita

Dominicus

Francofurti, 1613

Schola

[urn:nbn:de:hbz:466:1-97211](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-97211)

Scelus. Si autem de veritate scandalum oritur, vilius reputari perimitur, quam veritas relinquitur. Gregor.

rebus omittis liberalibus studiis pueri vacare debent: vel à vacatione seu relaxatione studiorum. Ind. Aufonius, Grato, Schola nomine dicta est, iuste laboriferis tribuantur ut otia Musis.

EXEMPLA BIBLICA.

Scholarum & Academiarum institutarum exempla: in veteri testamento. I. Samuel Heli discipulus, Samuel apud Heli sacerdotem versabatur, 1 Sam. 3. v. 1. II. Grex Prophetarum, 10. v. 5. & 6. & 12. III. Puer Elifaei, 2. Reg. 9. v. 1. IV. Duodecim Apostoli, Luc. 6. v. 13. V. Septuaginta discipuli, Luc. 10. v. 1. Praeter duodecim Apostolos, etiam septuaginta eligebat Christus discipulos, qui in sua Schola enutriti, & domus miraculorum ornati & instructi, ablegabantur, Luc. 10. v. 1. VI. passim in Iudaea Euangelium Christi praedicarent. VII. Discipuli Joannis, Ioan. 1. v. 28. Ioannes Baptista quoque habuit scholam, in qua praesens quosdam discipulos habuit, quos in vera doctrina instituit: Pater id. ex Ioan. 1. v. 38. VIII. Schola Ierosolymitana, Mat. 11. v. 19. Schola aliquam fuisse Ierosolymis, in qua iuventus in studiis praesertim sacrarum literarum informabatur, vel inde colligi potest, quod Pharisaei etiam suos habuerint discipulos, Matth. 23. v. 15. 61. VIII. Paulus Gamalielis discipulus, Act. 22. v. 3. ubi commemorat ipsemet Paulus se ad pedes Gamalielis legis doctoris diligenter in patria lege institutum esse. IX. Synagoga Libertinorum, Act. 6. v. 9. ubi fit mentio eorum, qui fuerint ex Synagoga Libertinorum & Cyrenaeum & Alexandrinorum & Cilicum, & Asianorum, disputantium cum Stephano. Unde apparet diuersa scholarum genera fuisse Ierosolymis. X. Schola Atheniensium, Act. 17. v. 18. XI. Schola Corinthiaca, Act. 18. v. 8. Et Tyrannus quidam Corinthi scholam habuisse dicitur, Act. 19. v. 8. XII. Domesticae scholae: Paulus, Rom. 16. v. 5. & 1. Cor. 16. v. 19. meminit congregationis, quae fit in domo Nymphae. XIII. Timotheus Pauli discipulus, 2. Tim. 3. v. 10. 14. scholas Ecclesiasticas singulos Apostolos, vbiunque locorum egerint, aperuisse, non tamen eo videntur, quod passim in Synagogis docuerint, Act. 13. v. 14. 5. 42. sed etiam quod suos semper habuerint discipulos, quos in iacris literis instituerunt, & ad ministerium prepararunt, Paulus enim se Timotheum docuisse testatur, 2. Tim. 3. v. 14. & 2. Th. 2. v. 2. XIV. Schola Alexandria ab antiquo fuisse scholam testatur, Eusebium lib. 5. c. 6.

Vide, Doctrina, Disciplina, Institutio, Philosophia, Virtus.

SIMILITVDINES.

Sicut vbiunque fuerit triticum, necesse est, vt inueniatur & aranea: Sic vbiunque fuerit bonum Dei, illic erit malum inimici. In c. 6. Matth. hom. 33. Sicut de alto cadit, gradum sonum facit, vt audiant omnes: Sic de alto gradu cadit, ruma illius vbiq; auditur. In c. 1. Matth. Sicut in corpore, aliquo quidem membro corrupto, non est malum: oculus vero laesus, vel capite contrito, totum corpus reddunt: Sic & qui in alta quadam tanquam virtutis monte multa caritate constitutus, ab omnibus admirationi obnoxius, quando cecidit, magnam ruinam & iacturam facit, non tamquam ex alto cecidit, sed quoniam aliis multis scandali materiae in diuipsum respicientibus. Hom. 1. de Verbis Apostoli: Mors vera.

BIBLICA EXEMPLA.

Scandali Pharisaei, sine accepti exempla: Quidam Scribae, Matth. 23. v. 10. 11. & 15. v. 12. Ioan. 7. v. 46. 52. Act. 9. v. 14. Iudaei Pharisaei, v. 10. 11. & 15. v. 12. Ioan. 7. v. 46. 52. Act. 9. v. 14. Iudaei Nazareni, Matth. 23. v. 97. Marc. 6. v. 3. Pharisaei & Scribae, v. 2. quidam ex discipulis, Ioan. 6. v. 60. Consilium Ierosolymitanum, Act. 4. v. 2. 3. 4. 5. Scandali vitati, exempla: Christus & discipuli, Matth. 17. v. 27. Paulus, Act. 16. v. 3. & 21. v. 24. 26. quicunque malo esse nobis possunt, vitandi, Exod. 34. v. 12. Dent. 7. v. 2. 16. & 18. Matth. 5. v. 29. & 16. 22. Marc. 9. v. 42. Rom. 16. v. 17.

Scelus.

POETICAE SENTENTIAE.

Seneca in Hippo. Cor omnium sit culpa, paucorum scelus? Idem in Troad. Quid in saecula cessas agere? ad auctores redit Sceleris coacti culpa. Idem in Thyest. Sape in magistrum scelera redierunt sua. Idem in Herc. fu. Praesertim ac felix scelus Virtus vocatur. Quis nomen vnguam sceleris erroris dedit? Sape error ingeni sceleris obtinuit locum. Iuuen. Sat. 13. Nam scelus intra se saccum qui cogit at Sillum, Falsi crimen habet.

SENTENTIAE PHILOSOPHICAE.

Nullum est aliud latorum beneficium, nisi vt commemorare possint esse vitam dedisse, quibus non ademerint. Cic. Phil. 2. Tunc esse scelera possunt, si secuta non possunt. Seneca, epist. 89. Difficillima est cuiusque grauisissimi sceleris fides. Scelera non habent consilium. Quint. 1. 4. Oportebat in auidiam: in facinore gloriari. Cic. ad Brut. Facinore admissio, ad sanitatem reuertitur pudet. Cas. de bell. Gallis. Occidi non est poena, sed exitus. Cedes manifesta expiatur saltem pecunia. Liu. 1. 1. Scelus quoddam esse timebimus arma in bello praelata à domo ad templum deferre, nisi Deus aliud dicat. Plut. de rep. Dial. 5. Vide, Malitia, Vitium.

Schola.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

Schola, ludus literarius, gymnasium σχολη, δὲ δασκαλείον, σχολη, a σχολη, a verbo Gr. σχολάζω, vaco: quia ceteris

Scientia.

DEFINITIO ET ETYMOLOG.

SCIENTIA, Graece, ἐπιστήμη, a ἐπιστήμι, scire dicitur. Est autem scientia habitus demonstratiuus. secund. Arist. lib. 6. Ethic. Scientia est determinatio intellectus ad alteram partem certitudinis. Scibile dicitur secundum potentiam, scientia vero secundum actum vel habitum, ideo non sunt simul natura. Ex 2. Thom. 1. par. 9. art. 7. Scientia à scio dicitur. Scire autem proprie est rem ratione & per causam cognoscere: Quid autem à sapientia scientia differat vide supra. Scientia est intelligentia, ingenique viribus excitata ex vniuersalibus principalibusque veris ac necessariis, & primis ac immediatis. Scientia, Hebr. Dabar, maddabb, à verbo sabbab, nouit, sciuit, cognouit, agnouit. Hinc ead. ead. scio, conspicio.

LOCI BIBLICI.

Scientia, pro doctrinae cognitione, 2. Cor. 11. v. 16. pro vsti & peritia, 8. v. 7. Scientia vera quae, 1. Cor. 2. v. 2. Col. 2. v. 2. 3. 1. Tim. 6. v. 20. 1. Ioan. 5. v. 20. scientia à Deo, 1. Sam. 2. v. 3. Dan. 1. v. 17. Scientia in stat, 1. Cor. 8. v. 1. scientiam labor comitatur, Eccl. 1. 18. scientia particularis in piis requiritur, Ioan. 11. v. 22. 2. Cor. 5. v. 1. Ioan. 1. v. 15. 18. & 5. v. 19. scientia Iesu Christi, Phil. 3. v. 8. scientia salutis, Luc. 1. v. 77. scientia veritatis, 2. Tim. 3. v. 7. scientia falsi nominata, 2. Tim. 6. v. 20. Scientiarum Dominus est Deus, 1. Sam. 2. v. 3.

PATRYM SENTENTIAE.

Non omni qui ignorat, immunis est à poena. Ille enim ignorans potest excusari à poena, qui, quod disceret, non inuenit. Illis autem hoc ignosci non poterit, qui, habentes à quo discerent, operam non dederunt. August. lib. quest. & habet. definit. 37. can. Non omni. Haec tota scientia magna hominis, scire, quia ipse nihil est per GGGG 3 56, &